

Cod. CCXX. n. 3.

47.

Hoc opusculum, quod tractat de virtutibus
 charitatis, humilitatis obedientiae, continentiae,
 de oratione etc. a capite ad calcem in albis
 et miraculis, seu potius fabellis, quod unum
 sufficeret ad delendum Augustini nomen nisi
 accederet et stili barbaries, et Lupidus
 ille anachronismus, quo Augustinus *Sec. IV.*
 Doctor plurima de promittit ex historia tripar-
 titata, *Seculo VI.* durante, Magna Aurelio Cas-
 siodoro confecta.

3. Fol. 249 - 302.

Georgii Tudelii de Gingen Tractatus de ce-
 tro ultimo iudicio. Titulo caret, et incipit: "Hic
 est verus propheta qui venturus est in man-
 datum Joh. B. Generale iudicium est futurum
 iudicio. in quo iudicabuntur omnes homines." In
 fine legitur: "Explicit tractatus de ce-
 tro ultimo iudicio Magistri Georgii de Gingen an-
 no L. iiii / 1454 / doctoris eximia valde
 preclarissimi."

Non dubito authorem eundem esse cum
 Georgio Tudelio de Gingen Theologiae Doctore
 laureo, quem ab annis 1452 - 1482 bis Dec-
 anorem exhibet Paul. de Sorbait in Catal.
 Dec. 4: Viennens. p. 32, 435. Ceteroquin libro-
 rum censoribus omnino videtur ignotus.